

eorum, ad quos pertinet.

In nuperrima verò quinque Sanctorum canonizatione per Clementem X.
facta, etiam inter ipsos sanctos, pro nostra capacitate, vel consolatione, præcedentia quæstio in ista Congregatione disputata fuit, de qua in Ecclesiastico Miscellaneo agitur. H.

H. disc. 40.



De Sacra Congregatione Indicis librorum.

S V M M A R I V M .

- 1 **Q**uod non sit vera propositio quod moderno tempore libido scribendi creuerit.
- 2 Sed quarè id certificetur de facto.
- 3 Græcia prius literata, & Italia barbara.
- 4 In quibus Italia partibus literæ initium habuerint.
- 5 Roma habuit leges à Gracia.
- 6 Deinde Graciā opibus, bonis, ac literis spoliauit.
- 7 De regressu literarum, & artium in graciā cum priuatione Italie aliarumque adiacentium regionum.
- 8 Et de alio regressu in Italiam aliasque regiones cum priuatione Gracie.
- 9 Quod semper mundus fuerit, ac futurus sit idem.
- 10 Antiquus est Sedis Apostolicae usus prohibendi libros.

- 11 Qualis erat usus antiquus in hac materia.
- 12 Decura, & officio Magistri Sacri Palatij in Urbe circa libros.
- 13 Quando super hac materia Tribunal eratum sit.
- 14 Quales libri prohiberi soleant, ac debent, etiam illi circa mores, & alia extra fidem, & de ratione.
- 15 Quod parce, & circumspetè in hoc procedi debeat, & quarè.
- 16 De erectione Congregationis Indicis.
- 17 Remanet tamen eadem potestas penes Congregationem uniuersalis Inquisitionis.
- 18 Qui nam interueniant in ista Congregatione, & quid in ea agatur.
- 19 Ordinarij locorum non concedunt licentiam legendi libros prohibitos, & qui dent licentiam.
- 20 Omnia sunt gratis, & extrajudicialiter.
- 21 An ex bono fine liceat legere libros prohibitos sive licentia.
- 22 De alijs questionibus in hac materia cum magistris secularibus, cur non agatur.

D I S C . X I X .

Vamuis (pro meo sensu), vera non sit illa propositio, quæ nedum per vulgarium, sed etiam per plurimum sensatorum ora voluntat, ac circumfertur, quod scilicet, scribendi libido, ac successiue librorum copia, nostris temporibus nimium, ac in excessu creuerit, cum omni tempore, ex dicto Sapientis, eadem fuit humana conditio, ijdemque mores A. Atque de hoc in specie Cicero aliquique antiqui scriptores, etiam conquiruntur; Et in nostra legali facultate comprobat adeo venerandum, ac necessarium Iustiniani testimonium, quod leges, quæ ex eius compilatione, detractis glossis, vix unum conficiunt volumen, tunc ultra duo millia volumina constituebant. B.

Attamen, regulando rerum cursum,
P. 2. Relatio N tan-

A. Salomon. lib. Ecclesiast. cap. 1.
B. 1. & 2. C. de veter. Iur. enucleas.

tanquam per speciem noui Orbis, ab illis
2. quinque, vel sex saeculis, à quibus, excus-
so barbarorum seruitutis iugo, Italia, &
Hispania, aliæque nostræ Europæ com-
municabiles partes, antiquas literas, &
artes restituere cœperunt, dicta propo-
sitio verificatur; Non quod humana
conditio diuersa fuerit, cum semper ea-
dem exstiterit, ac futura sit; Sed quia, li-
terarum cultura, quæ per plura saecula
deserta fuerat, atque in obliuionem pe-
nè abierat, paulatim reasumpta, quò ma-
gis crevit, eò maiores produxit fructus,
atque in dies producit; Iuxta naturæ
exemplum terræ, quæ antiquoribus tem-
poribus, nimium felix, & secunda, si diù,
absque cultura, deserta remaneat, atq; ita
spenis, ac vepribus repleatur, non nisi
paulatim longo temporis decursu, anti-
quæ amenitati, ac fertilitati restituitur.
7. Sed postquam restituta est, maiores pro-
ducit fructus, quam prius faceret; Non
quod terra, non sit eadem, siue quod
priorem naturam immutauerit, sed quia
prò qualitate culturæ, maiores, vel mino-
res fructus producit.

Idque in hac ingenij materia, tam in
literis, quam in artibus, neglectis anti-
guoribus exemplis, Caldeorum, Ara-
bum, Ægyptiorum, & Iudeorum, ac alia-
rum nationum; Atque more Legistarū,
aliorumq; humanarū literarum professo-
rum, id exemplificando, inter literas græ-
cas, & latinas; Siue, inter Græciam, &
Italiæ; Ex Historicorum, aliorumque
scriptorum, communi, ac certo testimo-
nio, Græcia, literarum, & artium, flori-
da mater, & cultrix erat, omniumque
nationum magistra; Italia verò barbara
ac omnino inulta; Adeòt priuatis tē-
poribus, ante V. bis Romæ adeò fortuna-
tam, ac fatalem ædificationem, aliqua-
literarum initia, in Apuliæ & Calabriæ
extremitatibus, tanquam in regionibus,
que Græcia magis adiacent; In Sypon-
tina scilicet, Tarentina, & Crotonensi Ci-
uitatibus, ab Archytis, & Pythagoris, ac
alijs habuerit.

Ipsaque Roma, post tertium suę fun-
dationis saeculum, Regum dominatione
expulsa, atque in statu iam crescentis Rei-
publicæ constituta, quamuis adhuc non
adulta, ab ipsa Græcia, leges recipere
coacta fuit.

Eadem verò Republica, adulta, atque

robusta effecta, Romanorum, ac Italoi-
rum potentia, ipsam Græciam, prius
operibus, & artibus aliquique prætiosis &
6. conspicuis rebus desertauit, eisque Ita-
liam ditauit; Deindeque literas quoque
ad se traduxit, iuxta Rhodianæ Acadé-
miaæ declamationem, quæ audito Cicero-
ne in græcis literis perorante, facta est;
Ideoque Italia effecta fuit, literarum, ac
artium saecunda mater, aliorumque na-
tionum magistra; Grecia verò penè in-
cultæ, ac barbara euasit.

Verum ita rerum vicissitudine exigen-
te, translata per Constantinum, Impe-
riali sede ad Bisantinam Ciuitatem (quæ
7. ita mutato nomine, Constantinopolita-
na dicta est), ad illam Græciæ partem,
Romanarum literarum, & artium denud
translatio seu restitutio sequuta est; Ipsa-
que Roma, & Italia, aliæque occidenta-
les prouinciae, ob tot barbarorum incu-
siones, qui literarum, ac bonarum ar-
ti, acerrimam, & capitalem profiteban-
tur inimicitiam, omnino barbaræ, & in-
cultæ, per plura saecula remanserunt.

Postea verò, per quamdam alternati-
vam, eadem Græcia per barbaros,
8. ac literarum infensos Turcas, occupata;
Ipsa Italia, aliæque adiacentes prouin-
ciæ, priori literarum, bonarumque
artium culturæ, paulatim restitutæ
fuerunt, atque in dies magis restituun-
tut, donec (quod Deus semper auertat),
eiusdem alternatiæ, seu vicissitudinis ca-
sus fieri; Unde propterea (vt quidam sa-
piens benè dicere solebat), Orbis terra-
rum, semper fuit, ac futurus est idem,

9. ab ea creatione, quam sacrae literæ vete-
ris Testamenti nos docent, usque ad illam
distructionem, quam ex alijs sacris lite-
ris noui Testamenti, ex Christianæ Reli-
gionis professione constanter credimus,
eademque humana conditio; Mores au-
tem, de una in aliam partem, vel natio-
nem, pro eiusdem Orbis connaturali vi-
cissitudine, transiunt; Iuxta illud natura-
le exemplum, quod tradi solet, de terre-
motu, qui per partes probat, vt terra
mouetur, & concurtiatur, & tamen illa,
in uniuersum, semper in eadem firmitate
permanet.

Verificata igitur in hoc nostro Mun-
do communicabili, præfata cōmuni opi-
nione, seu traditione quod scilicet mo-
dernis temporibus, scribendi libido, at-
que

que librorum copia creuerit, ob mai-
orem præsertim facilitatem, quæ post ar-
tis imprimendi nouam inventionem, vel
restitutionem, sequuta est; Cum in illis
primis huius restitutionis temporibus,
modicus esset scriptorum numerus, at-
que maior esset Episcoporum, alio-
rumque Prælatorum, zelus, & vigilan-
tia; Hinc proinde, quamvis ex antiquo-
rum Sanctorum Patrum testimonio, præ-
sertim Diui Hieronymi, antiquissimus
esset Ecclesiæ Catholice, sedisque Apo-
stolicæ usus, super prohibitione vñus,
ac lecturæ illorum librorum, quisam
doctrinam non continerent, dum omni
tempore, catholica Fides, eiusque metro-
politica Romana Ecclesia, hæresum tur-
bationes passa est, illam præsertim, om-
nium maiorem, quam vix adulta, ab Ar-
rianorum sequacibus, ac fautoribus sen-
sij; Attamen cū Episcopi, aliisque locales
Prælati, recte suum munus in hoc ex-
plerent, nulla subesse videbatur neces-
sitas, Tribunal peculiare desuper erigen-
di, dum ipse met Pontifex, per literas, ab
Episcopis consultus, siue eisdem desuper
monendo, ita recte prouidebat; Atque
12. pro eius particulari Episcopatu Vrbis,
ac districtus, per sui Palatij Theologum,
seu Magistrum, hoc munus particolare
sufficienter explebat. E

Episcoporum verò, aliorumque Præ-
latorum charitate frigescente, præsertim
autē ex abuso negligendi residentiam, at-
que obtinendi plures Cathedrales, &
Metropolitanas Ecclesiæ in commen-
dam, ad solam utilitatem, ad instar sim-
plicium beneficiorum; Exhortaq; Luthe-
rana hæresi, et à qua iniqua matre, adeò
iniquiores filii prodierunt; Erectaque
superius insinuata Congregatione Inqui-
sitionis uniuersalis, ista inuigilate cœ-
pit, super prohibitione, ac extirpatione
librorum, qui sanam doctrinam non con-
tinerent, atq; catholicæ fidei dogmatibus,
aut bonis moribus, naturalibus, vel ecclæ-
siasticæ potestati, aut Christianæ pietati,
aduersarenter, seu præjudiciales esse
possent.

Quamvis etenim, ignarum, vel ini-
quum vulgus, hanc prohibitionem, ad
solos libros, qui fidei dogmata conti-

14 neant, restringere satagat, quasi quod
ea, quæ mores, vel pietatem, siue ecclæ-
siasticam potestatem, seu libertatem co-
cernunt, ad fidem non pertineant; Prorsus
tamē erronea est hæc opinio, quæ igno-
rantiæ vel malitiæ filia dici meretur,
quoniam ista sunt hæresum vel schismati-
cum semina, vel radices, aut præparatio-
nes; Ideoque prudentis medici partes
sunt, præseruatiuae magis, nè morbus na-
scatur, vel crescat, incumbere, atque ita
futuro malo occurriere, quām expectare
morbi iam excreti, ac dominantis cura-
tionem, quæ non semper, vel non adeò
de facili sequi potest.

Id autem, apud omnes, commendabi-
le reputatur, vt quod magis fieri potest,
15. parcè, ac circumspectè in hac prohi-
bitione procedatur, nè facilitas, vel fre-
quentia, vilipendium causet, aliaque pro-
ducat inconuenientia eo modo quo in-
ecclesiasticis Censuris, canones, atq; Con-
cilia docent, ac monent. F

Cum autem, malo crescente, dictaque
Congregatione in grauioribus actualibus

16. negotijs Fidei magis occupata, ista ma-
teria revisionis, ac prohibitionis libro-
rum, forsan non adeò diligenter, & ac-
curatè ageretur; Hiuc Sixtus V. in sa-
pius enunciata multarum Congregatio-
num erectione, istam quoque Indicis li-
brorum, tanquam dictæ alterius Congrega-
tionis S. Officij in hac parte, vicariam,
seu adiutricem erexit G; Eadem pri-
17. mæua potestate, penes ipsam matrem,
adhuc remanente, dum ex eadem Domi-
nicana Religione deputatus fuit Secre-
tarius, qui in omnibus Cardinalijs Con-
gregationibus magnus est minister & o-
perarius.

Constituitur, autem ista Congrega-
tio, ex competenti Cardinalium nume-
ro vario, pro Papæ placito, habens ut
supra, Secretarium religiosorum ordinis
Prædicatorū; Ac etiam in primarium, &
fixū consultorē, habet prefatum Apostoli-
ci Palatij Magistrū, cuius antiquitus in
Curia singularis ista cura erat; Et ulterius

magnum quoque habet numerum, Theo-
logiæ, aliarumque literarum professo-
rum, qui frequentius, omnes, vel pro ma-
iori parte, sunt religiosi diuersarum Re-
ligio-

ligionum, sub nomine seu vocabulo Cōsultorum, quorum partes sunt, diligenter reuidendi, ac examinandi libros, quorum suspicio habeatur, iuxta distributionem; quae per Secretarium eis fieri solet, ad effectum referendi, & examinandi in plena Congregatione, quae statutam diem non habet, sed pro negotiorum numero, vel urgentia, in aliquibus anni temporibus haberi solet, ita in ea determinando, an liber debeat, necne prohiberi; Interdicta locorum Ordinarijs, aliquique Praelatis facultate concedendi licentiam legendi libros, qui ab ipsa Congregatione, vel ab altera Inquisitionis prohibiti fuerint, ideoq; ad eas priuatiuē ista facultas restricta est; Ac etiam ad dictum Magistrum S. Palatij, cum aliquorum librorum exceptuacione, quam ipsēmet Congregationes patiuntur, dum aliquorum librorum respectu, ipsi Papæ, singulariter, ac priuatiuē, ista potestas reservata est; Præfato Apostolici Palatij Magistro, eius primāvam continuante auctoritatem coniunctim cum Vicario seu eius Vicesgerente, reuidendi per se ipsum vel per alios à se deputatos, libros qui in Urbe, & districtu imprimendi sunt, atque imprimendi facultatem, necnon iam impressorum publicationem concedendi, ut superius in aliquorum Palatij Apostolici officialium rubrica aduertitur. H

Idemque huius Congregationis est commendabilis stylus, omnia gratis peragendi, rigorose prohibita Consulторibus ac Revisoribus cuiuscumq; meritis recognitione, etiam sub prætextu magni laboris, velexpensarum, quas facere oportet, pro eadem revisione; Omnes etenim Sacrarum Congregationum operarij, præsertim istius, ac alterius supranunciatæ Sancti Officij, necnon Rituum, merè gratuiti sunt, laborum mercedem, à Sede Apostolica, cum Episcopatibus, vel Religionis munib; pro eorum qualitate, ac temporum oportunitate, recipientes, omniaque explicantur in eadem forma extra judiciali & sumaria, nulla judicialis telæ mixtura accedente, eodem modo quo de alijs Congregationibus est dictum.

Super ista verò librorum prohibito-

rum lectura, Scribentes, potissimè verò 21 morales, varias questiones disputare solent, & præsertim an, & quando, etiam absque superiorum licentia, ea licita sit spectato fine, vel causa, quia nempe ad bonū finem, atq; prō eiusdem Catholice fidei, vel sedis Apostolicæ, aut ecclesiastice potestatis seruitio, vel defensione fiat; Meum verò non est, iuxta ea, quae in omni materia, omnibusque laboribus utriusq; idiomatis protestata sunt, agere de ijs, quae concernunt forum internum, cuius iudex est Deus, qui videt in corde, sed solum de ijs, quae in foro externo iudicant homines, qui vident in facie, non autem in corde; Atque in hoc foro, receptum est, illicitum esse sibi ipsi iudicare, atque sub hoc prætextu superiorum præcepta spernere, cum alijs niniū lata via fraudibus, ac legum, & prohibitionum, elusioni locus fieret; Excusatione à poenis admitti solita, ubi locorum, quae prohibitioni causam dederunt, cancellatio accedit. L

Prout, eisdem prohibentibus regulis prudentialibus, quae multa, & præsertim in jurisdictional materia, examinare, ac decidere, prohibent, studiosè negliguntur illæ questiones, quae circa participationem, vel dependentiam laicalis potestatis, super hac prohibitione librorum disputari solent. L

I. de his agit Vermigliol. conf. 18. 6.

L. de aliquibus discurrunt scriptor modernus in responsione in materia inquisitionis.

